

In Chri-
sto ieiun-
nante in
deserto
nobis p-
ponitur
exemplū
pugne.

noui tyrones pugnare debent contra vi-
tia, omnia expellendo, atq; vetere depo-
sito homine cum suis actibus nouam
vitam, quæ est in Christo, inchoare.
Est & ingressus ille videlicet in deser-
tum prim^o ducis nostri actus, quo post
longum. 30. annorum silentium a cæ-
pto baptismate, iam se mundo manife-
staturus, consummationem operis, q̄
sibi dedit pater idest nostræ reductio-
nis per veritatis prædicationem, mira-
colorum operationem, ac nostri solutio-
nem debiti inchoauit. Ait enim Lucas.
Iesu baptizato, & orante apertum est
cælum, & descendit spiritus sanctus cor-
porali specie, sicut columba in ipsum
& vox de cælo facta est: Tu es fili⁹ me⁹
dilectus in te complacuit mihi. Et ipse
Iesus erat incipiens quasi annorum tri-
ginta. Quomodo incipiens? sequitur.
Plenus spiritu sancto, regressus à Jorda-
ne, & agebatur in spiritu in deserto die-
bus quadraginta. Nobis ergo de deser-
to ad paradysum tendentibus ostendit-
ur actionum suarum primitiis, quibus
itineribus reditur inchoemus. Nunc
enim in deserto Christus hominē in
struit, informat, exercet vtiq; incipien-
tem, quem vbi videt robustiorem, per
sata, & fructuosa traducit, & tandem
in paradiso constituit. Sic enim disci-
pulos suos (ait Ambr.) in agro culto,
& fructuoso collocauerat, dum per sata
transeuntes Sabbato euellabant spicas
Matth. 12. Tandem in paradiso con-
stituit passionis tempore dum egressus
trans torrentem Cedron in hortum in-
troiuit ipse cum discipulis suis. Agrū
deserto, & secundo agro hortum con-
stat esse potiorem. Deniq; pendens in
cruce, latroni dixit: Hodie mecum eris
in paradiso Lu. 23.

Sed quia nunc incipimus in initio
Quadragesimæ, videamus quid egit do-
minus incipiens post baptisma, vt eius
vestigia imitātes etiam ibi incipiam⁹.
Clarè autem nobis euangelista descri-
bit acta per Christum, ita dicens: Tunc
idest statim post baptismum. vt habet
Matthæus: Ductus est Iesus in desertū
à spiritu &c. vsq; in finem. Ecce osten-

dit dominus quid baptizato, & ad Deū
conuerso expectandum, quid agendū,
quid cauendum. Expectanda est tenta-
tio, vacandum est ieiunio, cauenda se-
culi immunda conuersatio, idē bap-
tizatus Christus statim relinquens tur-
bas seculi, desertum introiuit, ieiuna-
uit, tentatorem admisit. De quo Chry-
solomus. homil. 13. super Matt. Quia omnia ad
nos erudiendos facienda sibi, & patri-
da susceperat, in heremo quoq; se pati-
tur abduci, & cum diabolo inire certa-
tamen, vt vnusquisq; cum fuerit bap-
tizatus, si post baptisma maioribus ten-
tationibus vrgeatur non turbetur, qua
si insperatum aliquid sibi obuiarit. Et
sequitur. Propterea & dominus ieiuna-
uit, non quia hoc indigeret ipse, sed vt
nos doceret, quibus ante baptisma pec-
catum dominatio ventris intulerat, q̄
post baptisma non delitit, atq; tenui-
tentiæ non mensæ epulis onitæ, sed
ieiunio animi debemus intendere. Et
quoniam ad ieiunium quadraginta die-
rum, exemplo domini præceptum ec-
clesiæ nos atringit, cui (proh dolor) non
iam occulte, sed publicè ac palam à cō-
pluribus contrariatur. Idē ceteris
dimissis, de ieiunio quasi nunc magis
necessario sermonem continuaturus,
ad alliciendum ad ipsum fideles. Primō
quam laudabile est ieiunium, & quam
fructuosum. Secundō ostendam breui-
ter, quibus vt tale sit debet esse circum-
stantiis circumseptum.

Quamuis autem ad inducendum
vniuersos fideles ad hoc sacrum qua-
dragesimale ieiunium, hoc solum suffi-
ciens deberet q̄ est præceptum, & ita
enim transgressio mortifera, quo maius
dici nihil potest. Nescio tamen quo pa-
cto quandoq; infirmorum animos mou-
er, quod minus, est & quod maioris ē
ponderis, pertransitur. Idē fructus iei-
unii salutaris attendite, si fortè ex his
moueamini ad præcepti obseruantiam,
quos etiam ignis gehennæ non deteret.
Possunt autem colligi ex scripturis,
& sanctorum doctrinis duodecim
ieiunii vtilitates siue fructus. Quoniam
confert corpori sanitatem, menti tri-
but

Duode-
cim vti-
litates ie-
iunii.